Quelle: https://manuscripta.at/?ID=690
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Gaudeamus in dno gras ei referamus Et enim gloriosissimum
nos expectat premium Qui enim docti fuerint fulge
bunt quasi splendor firmamenti et qui ad iusti
ciam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eter
nitates Cuius premii nos participes efficiat per meritum
passionis sue ihesus xpus deus benedictus in secula amen

Sermo factus in festo pasche per quendam docto
rem ordinis predicatorum etc

Ihesum queritis nazarenum mr Hodierne diei
festivitas tante caritatis tante maiestatis et tante glo
rificationis nre ab universa ecclesia solempni memoria
celebratur In qua certe astra omnia et elementa letantur
et paciente dno ihesu proprium lumen retraxerunt fu
gierunt noluerunt que suum creatorem aspicere crucifix
um Nunc victorem illum ab inferis resurgentem
suo si dici pot fulgore et officio prosequimur Quid
necesse est replicare dies deficiet si vulnera omne diei
huius exponere sacramentum verba sunt beati Jeronimi
in epala ad desiderium Et quia teste apostolo ad Ro iiii
Jhesus traditus propter delicta nra et resurrexit propter
iustificationem nram et etc ut in novitate vite am
bulemus ibidem vi Qua propter sensum premissi nri
thematis historiacum et literalem pretermittentes ad sensum
eius misticum et moralem pro spiritualiter resurgentium
confortatione et nove vite morum reformatione
cum diligentia me convertam Ut igitur stilum nrm